

lux est pater. lux filius. lux sp̄s sc̄s. Accipiamus & iā.
 quia vita est pater. vita filius. vita sp̄s sc̄s. Dixit
 enim iohannes. quod erat ab initio. quod audiuimus.
 & quod uidimus. & oculis nostris perspeximus. & ma-
 nus nostrae scrutatae sunt de uerbo uitae. & uita ap-
 paruit. & uidimus. & testamur. & adnuntiamus vo-
 bis de uita. quae erat apud patrem. Et uerbum uitae
 dixit & uitam. ut & patrem uitam significat & fi-
 lium. Quod enim uitae uerbum. nisi dī uerbum. ⁿ
 Ac per hoc & d̄s & uerbum dī. uita est. Et sicut uer-
 bum uitae dicitur. ita & sp̄s uitae. Scriptum est enī.
 Et sp̄s uitae erat in rotis. Itaque sicut uerbum
 uitae uita est. ita & uita sp̄s uitae est. ^{i. patris.} ^{i. ambrosii} .XIII.

Accipe nunc. quia sicut pater fons uitae est. ita
 & iam filium. plerique fontem uitae memorari uis
 significatum. eo quod apud te inquit d̄s omni-
 tens. filius tuus fons uitae sit. hoc est fons sp̄s sc̄i.
 quia sp̄s uita est. Sicut d̄ns ait. Verba quae ego lo-
 cutus sum uobis. sp̄s & uita sunt. Quia ubi sp̄s & uita.
 & ubi uita. & iam sp̄s sc̄s est. Plerique tamen hoc
 loco. patrem uolunt tantummodo fontem signifi-